



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 25. Caput VIII. De modo recipiendi hoc Sacramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. „viro Christiano comperta est, eo dili-
 A C. 1551. „gentius cavere ille debet, ne absque
 I. Cor. c. II. „magna reverentia, & Sanctitate ad id
 v. 28. & 29. „percipiendum accedat, præsertim cum
 „illa plena formidinis verba apud Apo-
 „stolum legamus: qui manducat, &
 „bibit indigne, iudicium sibi mandu-
 „cat, & bibit, non dijudicans Corpus
 „Domini: quare communicare volenti
 „revocandum est in memoriam ejus
 „præceptum: probet se ipsum homo. Ec-
 „clesiastica autem consuetudo declarat,
 „eam probationem necessariam esse, ut
 „nullus sibi conscius peccati mortalis,
 „quantumvis sibi contritus videatur,
 „absque præmissa Sacramentali Confes-
 „sione ad sacram Evcharistiam accede-
 „re debeat, quod a Christianis omni-
 „bus, etiam ab iis Sacerdotibus, qui-
 „bus ex officio incubuerit celebrare,
 „hæc Sancta Synodus perpetuo servan-
 „dum esse decrevit, modo non desit il-
 „lis copia Confessoris; quodsi necessita-
 „te urgente, Sacerdos absque prævia
 „confessione celebraverit, quam pri-
 „mum confiteatur.

§. XXV.

C A P U T VIII.

De modo recipiendi hoc Sacramentum.
 „Quoad usum autem, recte, & sa-
 „pienter Patres nostri tres ratio-
 „nes

nes hoc sanctum Sacramentum acci-
 piendi distinxerunt: quosdam enim do-
 cuerunt Sacramentaliter duntaxat id
 sumere, ut peccatores: alios tantum
 spiritualiter, illos nimirum, qui vo-
 to propositum illum cœlestem pa-
 nem edentes, fide viva, quæ per di-
 lectionem operatur, fructum ejus, &
 utilitatem sentiunt: tertios porro sa-
 cramentaliter simul, & spiritualiter:
 hi autem sunt, qui ita se prius pro-
 bant, & instruunt, ut vestem nuptia-
 lem induti ad divinam hanc mensam
 accedant: in Sacramentali autem
 sumptione semper in Ecclesia Dei mos
 fuit, ut laici a Sacerdotibus commu-
 nionem acciperent: Sacerdotes autem
 celebrantes se ipsos communicent; qui
 mos tanquam ex traditione Apostoli-
 ca descendens, jure, ac merito reti-
 neri debet. Demum autem paterno
 affectu admonet Sancta Synodus,
 hortatur, rogat, & obsecrat per vis-
 cera misericordiae Dei nostri, ut om-
 nes, & singuli, qui Christiano nomi-
 ne censentur, in hoc unitatis signo,
 in hoc vinculo charitatis, in hoc con-
 cordiae Symbolo jam tandem aliquan-
 do conveniant, & concordent, me-
 moresque tantæ Majestatis, & tara-
 eximii amoris Jesu Christi Domini
 nostri, qui dilectam animam suam in
 nostra

Sæcul. XVI.

A.C. 1551.

Galat. c. 5.

v. 6.

Hebr. c. 5.

v. 7.

Sæc. XVI.
A.C. 1551.

„nostræ salutis pretium, & carnem
„suam nobis dedit ad manducandum;
„hæc sacra mysteria Corporis, & San-
„guinis ejus, fidei constantia, & firmi-
„tate, ea animi devotione, ac pietate,
„& cultu credant, & venerentur, ut
„panem illum supersubstantialem fre-
„quenter suscipere possint, & is vere
„eis sit animæ vita, & perpetua San-
„ctitas mentis; cujus vigore confortati
„ex hujus miseræ peregrinationis iti-
„nere ad cœlestem patriam pervenire
„valeant, eundem panem Angelorum,
„quem modo sub sacris velaminibus e-
„dunt, absque ullo velamine mandu-
„caturi. Quoniam autem non est fa-
„tis, veritatem dicere, nisi detegan-
„tur, & refellantur errores; placuit
„Sanctæ Synodo hos Canones subjun-
„gere, ut omnes jam agnita Catholi-
„ca Doctrina, intelligant quoque, quæ
„ab illis hæreses caveri, vitarique de-
„beant.

§. XXVI.

*Canones de Sacrosancto Eucharistia
Sacramento.*

C A N O N I.

*Labbe Col-
lecti Conc.
tom. 14. p.
808.*

„Si quis negaverit, in Sanctissimæ Ev-
„charistia Sacramento contineri
„vere, realiter, & substantialiter Cor-
„pus,